



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Titulus I. De Vita & honestate Clericorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)



LIBER TERTIUS. DECRETALIUM.

TITULUS I.

De Vita & Honestate Clericorum.

Quest. 1. Clerici nomen unde, & quid importet?



R Esp. Nomine clericorum desumpto à græco vocabulo κληρικός quod sortem seu hæreditatem significat, intelliguntur personæ quædam, quæ ex fidelibus electæ per initiationem Ordinis alicujus sacri vel minoris, aut saltem primæ tonsuræ aliave ratione ad Dei cultum Ecclesiæque ministerium specialiter deputatæ, fors, hæreditas & pars peculiari Dei sunt, vel etiam quorum à temporalibus abstractorum specialiter ipse Deus fors & pars est. *c. 1. dist. 21. & can. clericus, 5. q. 1.* Et hinc contra distinctæ à cætera fidelium istiusmodi speciali electione & deputatione carentium multitudi- ne, qui desumpto nomine à græco λαός, quod populum significat, Laici dicuntur.

Quest. 2. An & qualiter clericatus sit honor & dignitas?

R Esp. Vel ex hoc ipso, quod Clerici specialiter in sortem Domini vocati & segregati à laicis altaris ministerio divinisque obsequiis specialiter mancipati, & hinc merito specialibus super ceteros privilegiis & prærogativis afficiantur, ut patet ex utroque Jure, dubium non est, Clericos, etiam simplices, pro laicis honorandos & reverendos esse, & digniores laicis, semperque laicos præcedere debere, ut *C. de Luca. de præminent. dist. 23. num. 9.* Clericatus, etiam præscindendo à Sacerdotio, honorem continere juxta illud Imperatoris in *L. officiales. C. de Episc. & cler. ad clericatus honorem putaverit transeundum.* Quamvis propter dictam supra statum laicalem cum honore præminentiam in sensu quodam laxiore dici possit dignitas *Arg. c. denique. dist. 4. & Can. admittuntur dist. 54.* Dignitatem tamen, accipiendi hoc nomen propriè &

R. P. Lenr. Jur. Can. Lib. III.

strictius pro præminetia cum administratione & jurisdictione, ut *Fagn. in c. ad hæc de probat. n. 34. cum Archid. in c. 1. de consuetud. in 6.* non importat, multoque minus hodie inter dignitates, quæ à patria potestate solvunt, numeratur. *Struv. in ff. ut. 7. lib. 1. de adopt. & emancip. num. 67. & Muller. ad eund. ibidem lit. d.*

Quest. 3. Qui in specie veniant nomine Clericorum?

1. R Esp. primò: In materia favorabili nomine Clericorum, & quidem strictius usurpato, veniunt, quotquot primæ tonsuræ initiati quacunque demum dignitate, etiam cardinalitâ & pontificali, præfulgeant. *Barb. in collect. ad l. 3. decret. tit. 4. num. 6.* Eo verò sumpto latius veniunt regulares & monachi, & quæcumque religionem professi, ut Equites Teutonici & Melitenes, fratres laici, quos aliqui Ordines conversos vocant, etiam si primæ tonsuræ non initiati. *Felin. in c. 1. de heret. num. 6. Tusch. v. clericus concl. 377. num. 2. Sylv. v. clericus. num. 1.* Unde etiam, si similes pro pensione aliqua ecclesiastica se clericos nominant, de mendacio redargui nequeunt, ut cum *Lotterio observavi in foro benef. p. 1. q. 309.* Item eremita, qui licet non professi religionem aliquam, habitum tamen de manu Episcopi eremiticum receperunt, & sub ejus obedientia vivunt, deputati pro servitio alicujus ecclesiæ vel oratorii, censentur personæ ecclesiasticæ. *Fagn. in c. nullus. de for. comp. num. 65. Card. in clem. per tuas. de praf. n. 6. Butrio. cons. 19. num. 19.* Secus videtur de eremitis, qui neque ullam religionem professi, neque ulli ecclesiæ aut oratorio autoritate Prælati ecclesiastici deputati, ad libitum susceperunt & deserunt habitum eremiticum, & hinc inde vagantur. Hi enim, utpote personæ merè laicæ, nullo privilegio fori gaudentes, nomine clericorum non veniunt. *Card. l. c. n. 9. Fagn. l. c. n. 63. Riccius p. 2.*

A

resolus.

resolut. 149. num. 9. Nisi tamen etiam pro his eremitis in contrarium existeret consuetudo; hanc enim, utpote nec legi divinae aut bonis moribus contrariam, neque à jure communi reprobata observandam esse, ait Fagn. loc. cit. num. 64. pro hoc num. 70. adducens declarat Card. Concil. Trid. interp. quam citat & sequitur Reiffenstuel. h. t. num. 28. & 29. Item nomine clericorum veniunt Fratres & Sorores tertii Ordinis S. Francisci, si in communi vivant, Barbof. de potest. Episc. alleg. 12. num. 41. Molin. de just. Tom. 4. tr. 3. d. 50. num. 4. Suar. & alii. Item moniales in materia sibi adaptabili. Arg. c. si quis suadente. 17. quest. 4. juncto. c. de monialibus. de sent. excomm. Ratio horum omnium desumitur ex etymo nominis nimirum, quòd enumeratae personae specialiter electae ad cultum & ministerium divinum sint pars & sors Domini. Verùm de his omnibus in particulari agentem citantemque pro singulis quamplurimos AA. vide me ad l. 2. decretal. q. 165. ubi, qui veniant nomine clericorum in ordine ad gaudendum privilegio fori.

2. Resp. secundò: In materia odiosa adeoque restringenda. V.g. dum tractatur de censura aliqua, poena, damno vel incommodo incurrendo, nomine clericorum, nisi aliud exprimitur, aut ex adjunctis seu materia subjecta colligatur (ut eo nomine venire solos Sacerdotes, colligitur ex subtracta materia c. is cui de prab. in 6.) Barbof. ad l. 3. tit. 4. ad initium num. 7. non veniunt nisi clerici saeculares simplices, hoc est, primò tantummodò tonsurà aut etiam Ordinibus minoribus initiati. Adeoque non comprehenduntur Abbates, Praepositi, Archidiaconi alique in dignitate ecclesiastica constituti, & vel maxime Episcopi Barbof. l. 1. jur. eccles. c. 39. à num. 6. Bellef. disputat. clerical. p. 1. §. 2. num. 4. Tusch. lit. C. conclus. 377. à num. 4. Fagn. in c. bona memoria 161. de postulat. num. 12. Riccius in pr. aur. resol. 292. num. 2. Item non comprehenduntur Canonici. Fagn. loc. cit. citans Felin. in c. non dubium. de sent. excomm. num. 1. Decium in c. cum non liceat. de prab. num. 18. & c. contra Card. in cit. c. bona memoria. num. 1. Hanc quoque rationem addit Fagn. quòd ubicunque species ponit aliquid supra genus, appellatione generis non veniat illa species. Arg. c. statutum de election. in 6. Canonici autem habeant qualitatem Canonicatus supra alios clericos, adeoque in materia odiosa non veniant nomine clericorum. Neque comprehenduntur monachi ceteri regulares utriusque sexus. Abb. in c. non amplius de institut. num. 3. Fagn. ibidem num. 7. Suar. de cens. d. 32. f. 2. num. 17. uti nec nomine ecclesiarum eorum monasteria. uti idem. Unde etiam Abb. in c. bona. 3. de appellat. num. 2. & Sylv. v. interdicto. 2. num. 17. apud Wiestner. h. t. num. 5. Laym. Th. mor. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 4. num. 3. cum aliis apud Reiffenstuel. loc. cit. num. 19. contra Navar. in man. c. 27. num. 167. & Covar. in c. alma mater. p. 2. §. 1. num. 8. docet, interdicto clero, non comprehendendi religiosos, nisi ex causa ferendi interdicti colligatur aliud. Sed neque nomine clericorum regularium veniunt monachi aut moniales. Fagn. l. c.

Quaest. 4. Honestas Clericorum, de qua hoc tit. in quibus praecipue consistat?

Respond. In his ferè tribus; vitæ & morum integritate & honestate conversationis, in de-

cente & honesto vestitu seu habitu, in officiorum & negotiorum statui clericali convenientium exercitium. De quorum singulis in sequentibus.

Quaest. 5. Vitæ & morum probitas in Clerico requisita quotuplex, & in quo consistat?

Resp. Est duplex. Alia interna, alia externa; in qua utraque clerici, utpote divinis obsequiis specialiter mancipati, debent laicos praecedere, nisque praelucere, intelligendo id de omni statu clericorum, quamvis vel maxime de clericis in Ordinibus majoribus & dignitate constitutis juxta pulchrum textum c. qualis enim 8. quest. 1. & saluberrimum Trid. decretum. Sess. 22. c. 1. Prior seu interna solumque Deo nota consistit in animæ & conscientiae puritate seu immunitate à graviore culpa, recta intentione in obeundis ministeriis statui & gradui suo competentibus ad obsequium divinum Ecclesiaeque servitium citra respectum ad proprium emolumentum & commodum temporale; ac denique in studio exercitioque virtutum internarum. Externa verò seu in exterioribus clericorum moribus elucens honestas consistit ferè in sequentibus. Primò, ut castè vivant, abstinentes ab omni libidinis vitio, pro ut dicitur in c. clericorum. h. t. desumpto ex Concilio generali Lateran. habito sub Innoc. III. ubi dum dicitur: Clerici continenter & castè vivere studeant universi, praesertim in sacris Ordinibus constituti per particulas illas *ad universi* & *ad praesertim* satis ostenditur, specialem hanc obligationem praelais castè vivendi complexi quoque clericis minoritas, seu extra Ordines sacros constitutos. ut Abb. in cit. c. clericorum. num. 2. Quamvis ea in clericis Sacrorum Ordinum major sit, dum hi acrentur à contrahendo matrimonio, exercentesque libidinem peccent non tantum contra castitatem, sed & contra religionem ob annexum his Ordinibus continentiae votum, adeoque committant sacrilegium. Et ut remotiores sint ab omni periculo committendi quicquam contra castitatem, evitentque etiam omnem sinistram suspensionem, hoc eod. tit. nimirum c. monasteria. Interdicitur specialiter clericis accessus ad monasteria monialium, statuiturque eis poena suspensionis, si ea sine rationabili & manifesta causa non destiterint frequentare. Quandam autem censeantur ea frequentare, vide apud Sanch. l. 6. mor. c. 16. num. 100. & Pirh. h. t. num. 3. Secundò consistit in eo, ut clerici omnes diligenter abstineant à crapula (per quam intelligitur ingluvies & excessus in cibo) & ebrietate, & per quam ea procuratur, provocatione ad aequales haustus, unde is laudatur, qui plures inebriat, & calices facundiores exhausit, pro ut dicitur in c. à crapula. h. t. desumpto ex eodem Concilio Lateran. addita etiam ratione quòd ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Statutaque insuper clericis poena nempe suspensione ab officio & beneficio per sententiam infligendà, si moniti ab ejusmodi excessibus non abstinerint. Quin & ut ab omni ebrietatis & crapulae periculo, magis removeantur clerici, SS. Canones, puta c. clerici. h. t. Can. non oportet. & Can. cum clerici. dist. 44. Intentatis etiam transgressoribus poenis vetant, clericos ingredi, multoque magis frequentare tabernas cau-

ponorias. Tertio, ut avaritiam vel maxime fugiant, utpote radicem malorum omnium *Can. honorum. dist. 47.* & quâ vix ullum vitium aliud honestatem status clericalis magis infamat & commaculat. Zoëf. *ad b. t. num. 7.* Engels. *num. 13.* Wiestner. *num. 42.* idque quia clerici in sortem Domini vocati; dum ex redditibus ecclesiasticis, vel saltem ex bonis patrimonialibus, ad quæ fuerunt ordinati Ordinibus majoribus habent, unde honestè vivant, his contenti esse debeant. Unde jam etiam, ut eò magis removeantur à detestando hoc avaritiæ vitio, plura per SS. Canones iis speciatim prohibentur. V. g. omnis negotiatio secularis. *c. fin. h. t. c. secundum. ne clerici vel monachi.* de quo paulò post fusiùs. Auri argentique Alchimici confectio & usus. *Extravag. spondent. inter comm. de crim. falsi.* Lusus alearum *c. clerici. h. t.* Concil. Trident. *Sess. 22. c. 1. de reform.* & hinc specialiter in *c. cum ab omni h. t.* inhibetur, ut Judices à Sede Apostolica delegati præter expensas victualium non accipiant decimam vel aliam partem litis, non obstante consuetudine Judicum secularium. Neque paciscantur cum litigantibus de salario &c. Cujus Cap. fusiorem explanationem vide apud Pirh. *h. t. à num. 6.* Ubi etiam hoc assignat discrimen inter Judicem secularem & ecclesiasticum, quòd ille, si in causis civilibus pro sententia ferenda accipiat munus tanquam pretium & mercedem, peccet contra justitiam, & teneatur ad restituendum; ecclesiasticus insuper committat Simoniam, si pro sententia in causa ecclesiastica seu spirituali accipiat quid temporale tanquam pretium. vide quoque de his Wiestner. *ad h. t. num. 42.* & me *ad l. 1. decretal. quest. 903. num. 4.* Ad hanc quoque externam vitæ honestatem spectat, quod monet Trid. *loc. cit.* his verbis: *cum à rebus seculi in altiore sublati locum conspiciantur, decet omnino clericos in sortem Domini vocatos vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus nihil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præse ferant, levitia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones sanctis afferant venerationem &c.*

Quest. 6. Habitus clericalis quis seu qualis sit?

Resp. Tametsi Trid. *Sess. 24. c. 6. de reform.* in genere præscribat clericis, ut vestes Ordini & statui eorum congruentes deferant, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem. Tametsi etiam *Can. penult. dist. 23.* & à Sixto V. in *constit. que incipit: cum Sacro-Sanctum.* Clerici habentes beneficium jubeantur deferre vestes talaris (quales adhuc ex æquitate judicari illas, quæ ex consuetudine locorum sunt decentes, etsi non defluant ad talos aut pedes, ait Garc. *de benef. p. 2. c. 1.*) & C. de Luc. *ad Trid. d. 24. n. 22. & 23.* dicat, vestem clericalem propriè esse illam, quæ inter genua & talos dependet, & in civitatibus & locis ubi decorè vivitur, vestes clericales sint longæ ultra talos, in locis autem obscuris vix ad genua descendant; specialem tamen & determinatum clericis secularibus habitum nullibi SS. Canones præscribunt unde is censetur decens habitus clericalis, quo probi clerici juxta consuetudinem

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

provinciarum locorumque, in quibus degunt, utuntur. Abb. in *c. clerici. h. t. num. 17.* Bellet. *de discipl. clericor. p. 1. §. 16. num. 12.* Barbof. *jur. eccles. c. 40. num. 20.* Sanch. *consil. mor. l. 7. c. 1. du. 49. num. 2.* & ut inquit Clarus in *pract. crim. l. 5. §. fin. quest. 36. num. 14.* Ille censetur habitus clericalis, ex quo quis visus in populo, prima statim facie judicatur clericus, non laicus. Nihilominus SS. Canones passim clericis non tantum in genere, sed & in specie variis habitibus, utpote vel modestiam, vel etiam decorem clericalis ordinis, tum ratione coloris, tum ratione formæ dedecentibus interdicit. Et quò ad colorem quidem, vestibus rubeis & viridibus illis interdictum. *c. clerici officia. h. t. & Clem. 2. eod.* Exceptis tamen Cardinalibus non assumptis ex Ordine aliquo religioso, quibus præter Galerum rubeum usus purpuræ concessus ab Innoc. IV. in Concilio Lugdunensi, ut ex Platina *Piaces. pr. episc. p. 2. c. 3. a. 2. num. 29.* & Episcopis quibus ut Barbof. *jur. eccl. l. 1. c. 40. num. 22.* apud Reiffenstuel. *h. t. n. 102.* permissus color viridis, ut apparet passim in Spiribus Pileorum eorum, dum alius eorum habitus ordinarius est violaceus; uti etiam Canonicos simplices habitum domesticum & quotidianum brevioris coloris violatii deferre in locis pluribus fert consuetudo. & sic in specie ait Pirh. *h. t. n. 16.* non licere clericis, præsertim beneficiatis uti publicè caligis rubeis & viridibus sic quoque *Clem. 2. h. t.* prohibitum clericis beneficiatis publicè (secus privatum in domo sua, ut Gloss. in *cir. clem. v. publicè*) veste virgata seu partita (hoc est, habente diversos colores intextos, vel artificiosè inductos ipsi panno, ut eum Gloss. in *cir. Clem. v. partita.* Barbof. *ibid. n. 2.* Bonacin. *Tom. 3. de cens. d. 3. q. 6. p. 6. n. 1.* Pirh. *h. t. num. 16.*) & quidem sub suspensione à perceptione fructuum ipso jure incurrenda, si eà per sex menses utantur. Gloss. *cit. v. beneficiorum.* Pirh. *loc. cit.* Et si non sint beneficiati constituti tamen in sacris, sub inhabilitate ad beneficium eo ipso incurrenda. Idem est de aliis clericis, nec beneficiatis nec constitutis in sacris; si taliter varietatè coloratas deferant simul cum tonsura clericali, secus, si absque ea. Gloss. *cit. v. & tonsura.* Plura alia circa habitum clericalem statuta hac *Clem. & ampliata à Trid. Sess. 14. c. 6.* vide apud Pirh. *l. c.* Quod spectat ad formam habitus clericalis, prohibitum est clericis, ne utantur vestibus fucatis cum scissuris vel diffibulatis, superfluitatem, pompam & vanam jactantiam præferentibus *Can. præcipimus. 21. quest. 4. cir. c. clerici officia. & cir. Clem. 2.* Item ead. *Clem.* est prohibitum clericis, ut non utantur epithogio (quod est genus Pallii, quod supra togam ferebatur, ut Calepin. ex Quintiliano. *l. 1. c. 5.*) seu tabardo fodorato (hoc est, suffulto panno serico aliavere) usque ad oram, quod simul ita est breve, ut interior vestis notabiliter videatur. Huc etiam spectat, quod inhibetur *eod. c. clerici.* ne utantur frænis, sellis petoralibus, calcaribus deauratis, fibulas non ferant, nec corrigias auro vel argento exornatas, nec etiam annulos aureos, nisi sint in ecclesiastici officii dignitate constituti, ut dicitur *c. penult. h. t.* quod ipsum de facultate gestandi annulos etsi plerique extendant ad Clericos Doctores. Arg. *Clem. 2. de Magistr.* cum annulus sit unum ex insignibus, quibus inaugurantur, Pirh. tamen *h. t. n. 18.* ait, contrarium colligi ex *cir. c. penult.* dum ibi prohibetur, ne annuli aurei ferantur à clericis, nisi ex

officii dignitate iis competat; Doctoratus autem in Ecclesia honor sit, non dignitas, nisi late; dum dignitas ecclesiastica proprie talis adjunctam habeat aliquam superioritatem aut jurisdictionem, vel saltem administrationem rerum ecclesiasticarum, qualem non habet Doctor. Et qualem superioritatem aut jurisdictionem in Studiosos quia habent Professores in Academicis, eos ab hac prohibitione excipiendos videri, ait Pirh. l. c.

Quest. 7. Tonsura clericalis qualis esse debeat?

R Esp. Tonsuram clericalem essentiale & potissimum esse in habitu clericali, & reliqua seu vestes non nisi concomitantia, & veluti extrinsecè connexa cum statu clericali ait Sanch. *consil. mor. l. 7. c. 1. du. 49. num. 1.* citato Cajetan. *in sum. v. clericorum peccata.* eamque rem antiquissimam esse, & à S. Petro originem duxisse, unà cum pluribus mysticis significationibus, ostendit Laym. *Th. mor. l. 5. tr. 9. c. 12. num. 1.* Olim erat talis, qualis modò est monachorum, ut patet ex verbis *Concil. 4. Tolet. c. 4. Tom. 2. Concilior.* ubi dicitur: *omnes Clerici vel Lectores, Levita & Sacerdotes, de ronso superius capite, inferius solum circuli coronam relinquunt &c.* vide Laym. *loc. cit.* Tractu tamen temporis introductum, & hodie ab Ecclesia generaliter receptum, ut antiquà illà formà tonsuræ relicta monachis clerici saeculares solummodo circulum aliquem modicum in superiore parte capitis abrasum gerant. Et quidem clerici minorum Ordinum minorem, Sacerdotes majorem, & adhuc ampliorem Episcopi, Papà etiamnum adhuc retinente formam antiquam à primordiis Ecclesiae usitatam. Fuisse tamen etiam jam olim in aliquibus locis eandem coronæ clericalem minoris formam, patet ex verbis, quæ *Concil. Tolet. adjicit: non sicut hucusque in Gallia parvibus facere lectores videntur, qui prolixis, ut laici, comis in solo capitis apice modicum circulum tendunt &c.* Ad tonsuram quoque clericalem spectat, non nutrire comam & barbam, uti hæc nutritio prohibetur clericis pluribus SS. Canonibus. *Can. penult. dist. 23.* ubi jubentur non nisi attonso capite, patientibus auribus ministrare. *c. clericus 7. h. t.* ubi etiam invitati à suis Archidiaconis tonderi jubentur. *c. si quis ex clericis. & can. si quis 23. dist. 23.* ubi: *si quis ex clericis comam nutriat, anathema sit.* (hoc est, sit, non quidem ipso jure excommunicatus, sed excommunicandus per sententiam, ut cum *Gloss. in c. si quis ex clericis. Abb. ibidem num. 1. Barbof. num. 2. & 5. Pirh. h. t. num. 21.*) si nimirum generaliter vel specialiter monitus in nutrienda coma perseveret. *Gloss. cit. v. in casu.* Ex qua pœnæ gravitate colligunt AA. talem peccare mortaliter, dum ea non nisi ob peccatum mortale imponi solet. *Abb. loc. cit. Sayr. cla. reg. l. 3. c. 7. num. 23.* quem citat & sequitur *Reiffenstuel. h. t. num. 88.* Quod ipsum tamen rectius limitant Laym. *loc. cit. num. 3.* Pirh. *num. 21. &c.* & alii apud illos (qui tamen loquuntur potius de non delatione tonsuræ seu coronæ clericalem, quàm de nutritione cæteræ comæ) ita ut ea non delatio tonsuræ seclusa contumacia & contemptu peccatum grave non sit, nisi spectatis circumstantiis personæ, loci, temporis diuturnitate neglectis tonsuræ (idem est de cæterò habitu cle-

ricali) notabiliter repugnet honestati & bono exemplo clericorum ob quam tonsura & habitus ille lege ecclesiastica præscriptus. De cæterò, quod spectat ad nutritionem comæ & barbæ, rigori dictarum constitutionum cum tempore contrariè consuetudine quam plurimum derogatum, ita, ut etiam si capilli aures tegant, & barba etiam prolixior geratur, modò non excessivè nutriantur, & corona clericalis appareat, clerici adhuc in pluribus locis decenter incedere censentur. Unde etiam excusari potest praxis & consuetudo quorundam clericorum gestandi comam fictitiam, modò non sit prolixior, aut vanè ad ostentationem pompamque concinnata vanam gloriam spiret, & deferatur ex causa aliqua rationabili v. g. ob debilitatem capitis. Nequaquam tamen dicendum, obtinuisse consuetudinem cum tali capillitia celebrandi missas, dum non nisi à Sede Apostolica dispensatio ad hoc concedi possit, ut censuit S. Rituum Congregatio. *31. Jan. & 24. April. anno 1626.* & novissimè Innocent. XII. decreto suo per Nuncios suos moneri voluerit locorum Ordinarios, ut contra abusum celebrandi cum coma fictitia congrua adhibeant remedia.

Quest. 8. Ad vestem & tonsuram clericalem deferendam an & qua obligatione obligentur clerici majorum Ordinum, & in minoribus constituti, habentes beneficium?

R Esp. primò: Clerici omnes sacris seu majoribus Ordinibus initiati, etiam si beneficium ecclesiasticum non habeant, uti & clerici primà tantum tonsurà, aut etiam minoribus solum initiati, si dignitatem, personatum, officium vel beneficium ecclesiasticum qualecunque obtineant, vestem, coronam ac tonsuram ordini suo congruentem sub gravissimis pœnis deferre tenentur, ut constat ex *c. clericus. h. t. Clem. 2. h. t. & ex Trident. Sess. 14. c. 6. de reform.* quod ipsum extendit Sixtus V. in motu suo proprio ad habentes jus ad quodcunque beneficium.

2. Resp. Ad deferendum habitum & tonsuram clericalem teneri clericos minorum Ordinum habentes beneficium sub peccato mortali, uti id probatur ex gravitate pœnarum, sub quibus id prohibetur. tenetque Sanch. *consil. mor. l. 7. c. 1. du. 49. num. 11.* cum Sylv. *v. clericus. 2. num. 2.* Tabien. *v. eod. 2. quest. 6.* Angel. *cod. 4. num. 1.* (qui etiam duo posteriores cum Abb. *in c. tua. & Armill. v. apostasia. num. 8.* talem clericum deponentem habitum vocant apostatam) Soto. *l. 10. de just. quest. 5. a. 6. conclus. 1.* Qui tamen id modificat, nimirum, si beneficium requirat obsequium clericale. Sic quoque peccare mortaliter clericos majorum Ordinum carentes beneficio, cum veniant excommunicandi juxta dicta *quest. preced.* tenet Sanch. *loc. cit. num. 13.* citatis præter jam citatos Aragonio & Diaz. contra Cajet. & Bannez. quatenus prior docet, eos non peccare mortaliter, si faciant absque contemptu & contumacia. posterior, si ex signo aliquo externo adhuc dignosci possit esse clericos. Verum tamen quò ad hanc obligationem peccati gravis rectius intrare videtur limitatio allata. *qu. preced. ex Laym. & Pirh.* ea verò, quam superaddit Sanch. *l. c. 2. 18.* nimirum obligationem illam gravem deferendi habitum procedere, nisi

nisi beneficium à clerico habitum sit tenue, ita ut nihil habeatur, quemadmodum etiam ob eandem rationem de jure non obligantur ad horas recitandas; eainquam limitatio non ita placet, cum Trident. *l. c.* signanter loquatur de beneficio quocunque.

3. Resp. Tertio: pœnæ statutæ dictis clericis constitutis in sacris aut beneficiis, ubi moniti etiam per edictum, non deferunt habitum & tonsuram congruentem, sunt suspensio ab Ordinibus, officio & beneficio, ac fructibus, redditibus & proventibus ipsorum beneficiorum, nec non, si semel correpti; denuo in hoc deliquerunt, privatio officiorum & beneficiorum. Ita Trident. *Sess. 14. c. 6. de reform.* innovando & ampliando constitutionem Clem. V. editam in Concilio Viennensi, quæ incipit *quantum*. Has pœnas esse sententia ferenda, colligitur ex verbis Tridentini, dum dicit istiusmodi pœnis tales coerceri posse ac debere. Sic etiam Clem. 2. *h. t.* clericis virgata vel partita veste publice utentibus pro diversitate ordinis ac dignitatis intentatur diversa pœna, nimirum clericis beneficiis suspensio à perceptione fructuum per sex menses. Diaconis & Subdiaconis carentibus beneficio per idem tempus, & sacerdotibus per annum inhabilitas ad beneficium ecclesiasticum obtinendum. Habentibus dignitatem, personatum, aut beneficium curatum suspensio à perceptione fructuum per annum eo ipso incurrenda. Sixtus V. insuper constitutione sua 92. quæ incipit: *cum Sacrosanctum* præcipit quibuscunque etiam tantum primæ tonsuræ clericis beneficiis, aut pensionem ecclesiasticam habentibus, ut tonsuram & habitum clericalem, vestes nimirum talares deferant, sub interminatione, si secus fecerint, sine ulla alia monitione, citatione Judicis, decreto aut ministerio ipso facto beneficiis & pensione sint privati, eaque liberè conferri possint alteri. In quo tamen rigore non receptam hanc Bullam, notant Garc. *de benef. p. 7. c. 1. n. 23.* Barbof. *de off. & potest. Episc. alleg. 9. num. 14.* Engels. *h. t. n. 8. & c.* Quin & eadem Bulla ab eodem Pontifice per Bullam immediatè sequentem multum mitigatam. De quo vide Reiffenst. *h. t. n. 67.* Porro hæc de pœnis parè modo limitanda, quo limitata paulò ante dicta de obligatione gravi deferendi habitum. Atque ita dictas pœnas non incurunt aut peccant dicti clerici non deferentes habitum & tonsuram, ubi iusta causa timoris exegerit habitum transmutari, ut dicitur *c. clerici officia. h. t.*; v. g. dum proficiscendum per loca infidelium, & commorandum inter hæreticos non sine probabili periculo vitæ, fortunatum alteriusve gravis incommodi aliàs incurrendo. Barbof. *in c. quoniam h. t. num. 2.* Sanch. *conf. mor. l. 7. c. 1. d. 49. num. 15.* Pirh. *h. t. n. 19.* cum Gloss. *in c. clericus h. t. v. relaxaverit.* Item, dum paupertas non permittit habitum Ordini proprio congruentem deferre. Barbof. *jur. eccl. l. 1. c. 40. num. 33.* Pirh. *l. c.* Item dum commodior itinerandi ratio vestes breviores clericis permittit. Barbof. *l. c. num. 37.* Bellet. *disquisit. cler. p. 1. §. 16. n. 14.* Pirh. *l. c.* Item dum solum ad breve tempus; v. g. ad agendam personam aliquam habitus clericalis dimittitur. Sylv. *v. apostasia q. 2.* Sanch. *l. c. num. 16.* nisi, ut idem, dimissio illa unica & brevis fiat animo occultandi personam, vagandique liberius ad perpetrandum facinus aliquod.

De cætero enim ad dictas pœnas incurrendas requiritur tanta perseverantia in non ferendo habitu, ut communiter existimetur laicus. Farinac. *pr. crim. l. 1. tit. de inquisit. q. 8. num. 68.* Ugol. *de off. Episc. c. 12. §. 6. num. 3.* Barbof. *l. c. num. 32.* Pirh. *l. c. C. de Luca ad Trid. disc. 24. num. 32.* dicens de lationem habitus moraliter, non autem physicè intelligendam. Quod autem his addit fuseque probat Rebuff. *de privil. Scholast. privil. 9.* licere clericis etiam presbyteris in Gymnasiis studiorum causa versantibus quovis & cujuscunque coloris habitu uti, cum peregrini videantur, merito Menoch. *de arbit. l. 2. centur. 4. cas. 392. num. 34.* Sanch. *l. c. num. 19.* eò quòd repugnet *c. 2. ne clerici vel Monach. in 6.*

Quest. 9. Clerici primæ tonsuræ & minorum, non habentes beneficium, officium ecclesiasticum, an & quando deferre teneantur vestem & tonsuram ecclesiasticam?

1. Resp. primò: clerici istiusmodi nequiquam tenentur ad deferendum habitum & tonsuram clericalem, ut cum communi tenent Abb. *in c. uno, de Apost. num. 3.* Sylv. *v. clericus. 2. num. 2.* Imol. *in c. si quis ex clericis. h. t. Ang. Tabien. Armill. Sanch. l. c. num. 3.* ubi etiam cum Nav. *in sum. c. 25. num. 110.* ait, licere istiusmodi clericis omnia tam in civilibus quam criminalibus, quæ licent laico. Jura namque prohibentia vel jubentia aliquid clericis intelliguntur de constitutis in sacris vel habentibus beneficium. & sic Clem. 2. *h. t.* Concilium Tridentinum *l. c.* dum clericis imponendo obligationem clericaliter incedendi, expressè solum loquuntur de clericis constitutis in sacris, aut beneficium, vel saltem jus ad illud, vel officium ecclesiasticum habentibus satis declarant, se dictos clericos minoristas tale nihil habentes non comprehendere, sicque ipso facto canones antiquos, qui generaliter clericis omnibus habitum & tonsuram congruentem præcipere videntur, interpretantur.

2. Resp. Secundo: ut tamen hi clerici gaudeant privilegio fori, & declinare possint jurisdictionem sæcularem necesse est inter alia, ut deferant vestem & tonsuram clericalem. Sic enim statuit expressè Trid. *Sess. 23. c. 6. de reform.* dum ait: *is* (nimirum primæ tonsuræ initiatus, aut in minoribus constitutus) *fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum & tonsuram deferens alicui Ecclesie ex mandato Episcopi inserviat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua Schola vel Universitate de licentia Episcopi quasi in via ad majores Ordines versetur &c.* Quo Concilii decreto derogatum est, si quid olim de jure communi in contrarium observatum, ut Riccius in *pr. for. eccl. p. 1. resol. 540. num. 4.* Nav. *conf. 25. de privil.* apud Reiffenst. *h. t. num. 71.* Porro, ut patet ex eodem Concilii copulativè loquentis decreto, requiruntur hæc duo copulativè loquentis decreto, ita ut unum sine alio ad dictum effectum non sit sufficiens. Barbof. *de potest. Ep. p. 2. alleg. 12. num. 14.* Gavant. *in enchirid. Episc. vers. fori privile-*

vilegium, num. 8. Bellet. l. c. tit. 3. §. 8. num. 7. & alii, quos citat & sequitur Delben. de *immun. eccl.* c. 4. du. 8. f. 4. num. 4. juncto num. 11. contra Scacciam de *Judiciis* Tom. I. l. 1. c. 11. num. 9. Dian. p. 3. tr. 1. resp. 83. & alios apud Delb. num. 5. & seq. asserentes in clericis conjugatis sufficere alterutrum. Requiritur quoque copulativè hæc duo, nimirum gestare habitum clericalem, & deservire altari Ecclesiæ de mandato Episcopi, aut versari in summano vel schola, ita ut, si alterutrum nimirum vel delatio habitus, vel servitium Ecclesiæ deficiat, clericus talis privilegio non fruatur. Wiestn. b. t. num. 53. citatis Barbof. ubi ante num. 14. & Castrop. tr. 12. d. unic. p. 2. num. 7. tamen si duo posteriora, nimirum servitium Ecclesiæ & versatio in seminario vel universitate accipienda disjunctivè, ut liquet ex verbis Tridentini. Unde minùs bene asserit Reiffent. b. t. num. 76. fateri passim AA. quòd sufficiat qualibet trium conditionum à Concilio præscriptarum. Requirit insuper delationem habitus continuam, & non sufficere interpolatam, seu aliquoties deservire habitum, ne alioquin absque ulla monitione privilegio fori spoliatur, deficiente nimirum conditione ad fruendum illo à Trident. requisita, tenet Delb. l. c. num. 14. asserens, vel sic per Trident. correctæ jura antiqua. c. fin. b. t. & c. unic. eod. in 6. quibus vel trina monitione, vel continua per animum dimissione habitus ad amittendum fori privilegium opus erat citansque pro hoc Belletum. *disq. cler. p. 3. tit. 3. §. 8. num. 6.* Ricc. p. 4. *decif. 154. num. 4.* (qui etiam sic declarasse S. Cong. Cardin. testatur) Suar. de *immuni Eccl.* l. 4. c. 27. num. 12. Dian. p. 1. tr. 2. *resol. 33.* Barbof. *cit. alleg. 12. num. 19.* & c. addita etiam ratione quòd dispositio facta in materia de sui natura tractum successivum & statum perennem inducens ad sui essentiam requirat implementum perpetuum, nec sufficiat interpolatum. Non tamen in eo rigore hæc accipienda, ut in omni momento in habitu & tonsura incedere debeat, privilegium amittat per quamcunque brevem & per accidens; v. g. itineris aliave de causa semel, bis terve factam habitus mox resumendi depositionem, sed tunc demum, ubi nulla necessitate vel commoditate compulsus per tempus aliquod in omni loco sine eo incedere consueverit, ita ut laicus communiter reputetur. Delb. l. c. num. 18. juncto num. 23. citatis Suar. de *cenfur.* . . . d. 22. f. 1. num. 11. Barbof. ubi ante num. 21. Sanch. de *matrim.* l. 7. d. 46. num. 8. Laym. *th. mor.* l. 4. tr. 4. c. 6. num. 2. Bonac. de *LL.* d. 10. q. 2. p. 1. §. 4. num. 14. Quinimo ad confirmandam hanc sententiam Bonac. l. c. testans, sic declarasse S. Congr. Cardin. Ricc. in *pr. For. Eccl.* Tom. 1. *resol. 530. num. 6.* Genuens. in *pr. c.* 38. num. 6. Squill. de *privil. cler.* c. 7. du. 1. num. 10. Grassus de *effect. cler.* eff. 910. Dian. p. 4. tr. 1. *resol. 18.* & alii apud Delb. l. c. num. 20. docent, istiusmodi clericum minoristam, qui aliàs habitum deferre, cæteraque à Concilio requisita præstare consueverat, si, dimisso tantisper habitu, commisit homicidium, & sine illo captus fuit à potestate laica, remittendum ad forum ecclesiasticum; eò quòd in tali casu non præsumatur habitum deposuisse animo absolutè eum deserendi; sed potiùs ad commodiùs perpetrandum delictum. De quo vide me ad l. 2. *decretal. q.*

778. num. 6. item si quis tempore commissi homicidii habitum deferre cæteraque servare consueverat, si dein, dum simpliciter eum dimiserat, sine habitu capiatur, gaviurum adhuc fori privilegio, contra Guttier. *qq. Can. l. 1. c. 12. num. 9.* & alios cum Sanch. de *matrim.* l. 7. d. 46. num. 10. & aliis docet Delb. *cit. c. 4. du. 8. num. 5.* De cætero responsio hæc, quòd ut clericus talis gaudeat privilegio fori, gestare communiter tenetur habitum clericalem, locum quoque habet in tali clerico, etsi sit conjugatus. Sanch. *conf. mor.* l. 7. c. 1. d. 49. num. 4. citatis Soto in *4. dist. 24. q. 2. a. 1.* Richard. Bannez. verùm de hoc fusius & accuratius agentem vide Delb. c. 4. du. 10. & dicenda à nobis ad *tit. de cler. conjug.* Denique notandum hic contrarium esse in clerico habente beneficium, aut absque eo constitutum in sacris. Nimirum quòd is non deserendo habitum & tonsuram non amittat privilegium fori, etsi peccet, & ob id puniri possit, incurratque pœnas à Concilio statutas; eò quòd quò ad hos clericos beneficium aut in sacris constitutos id ipsum non decernat Tridentinum Reiffent. b. t. num. 77. citatis Garc. de *benef. p. 2. c. 2. num. 4.* Gonz. ad *reg. 8. Cancel. Gloss. 5. §. 5. num. 6.* Farin. *pr. crim. l. 1. q. 8. num. 70.* Ricc. *pr. for. eccl. p. 1. resol. 541. num. 2.* Bellet. *disq. cler. tit. de favor. cler. person. §. 8. num. 8.* Barbof. *jur. eccl. l. 1. c. 39. §. 2. num. 13.* Delb. de *immun. eccl. p. 1. c. 4. du. 7.* citans insuper plures alios & adiciens hanc limitationem: nisi ab Episcopo ter monitus in hoc se incorrigibilem ostendat.

Quest. 10. An & qualiter clerici minorista carentes beneficio, dimisso semel habitu, eundem reassumentes gaudeant denuo privilegio fori?

R Esp. tales clerici postquam sponte taliter dimiserunt habitum, ut pro laicis reputati sint, adeoque privilegium fori amiserunt, illud ipsum recuperant, dum eundem reassument, facta hac reassumptione non in fraudem. Clar. *pr. crim. §. fin. q. 36. num. 15.* Covar. *pract. c. 31. num. 8.* Sanch. de *matr.* l. 7. d. 46. num. 29. Suar. de *commun. eccl.* l. 4. c. 27. num. 18. Pet. Barbof. in l. *Titia. ff. soluto matr. num. 33.* Delb. *loc. cit. num. 24. & du. 25. num. 1.* & seq. C. de Luca ad *Trident. d. 24. num. 35. & 36.* Wiestn. b. t. num. 55. contra Avendan. de *exeq. mand. Reg. l. 1. c. 22. num. 15.* & alios apud Johan. Andr. in c. *Joannes. de cler. conjug. q. 4. num. 19.* Idque etiam sine licentia Episcopi, ut Delb. citatis Squill. de *privil. cler. c. 6. du. 1. num. 19.* & Riccio p. 2. *decif. 167.* Quin & non obstante irregularitate & Episcopi prohibitionem superveniente. Delb. *cit. du. 25. num. 9.* citans claram desuper determinationem S. Cong. in *una Macerataens. 17. Jun. 1630.* Estque ratio, quòd dimisso illa habitus, etiam cum animo renunciandi imposterum privilegio fori, etiam superiore illam renunciationem acceptante, nullum quò ad amissionem perpetuam illius privilegii effectum habeat; cum nemo privilegio statui

statui clericali competenti renunciare cum effectu possit juxta *c. si diligenti de foro compet.* Delb. *cit. d. 25. num. 3. & 4.* cum Barbof. *in remiss. Concil. Sess. 23. c. 6.* referente pro hoc declarat. S. Cong. sed solum ipso facto, nimirum non deserendo habitum & servando requiita cetera à Concilio, indirectè illi renunciare potest pro tempore, quo durat illud factum, ita ut eo cessante per reassumptionem habitus iterum resurgat privilegium illud. Clar. *l. c. Covar. pract. 99. c. 31. num. 8.* Sanch. *l. c. Sc.* apud Reiffenst. *h. t. num. 72.* Arg. Clem. *l. b. t. juncta Gloss.* dum ibi dicitur: *privilegium clericale, quamdiu premisissis* (nimirum non delationi habitus) *insisterint, eo ipso amittant &c.* Unde rectè inferitur, quòd si desierint illis insistere, deserendo iterum habitum, privilegio illo iterum gaudeant. Sed neque illa amissio privilegii ob non delatum habitum est privatio pœnalis; cum non supponat delictum, dum clerici istiusmodi minoristæ pro libitu dimittere possint habitum, etiam cum animo illum non reassumendi. Sed privatio legalis ob non servatam conditionem, sub qua concessum, quæ conditio, cum non sit perpetua, sed semel assumpta dimitti, & iterum reassumi possit, privatio illa non est perpetua & absoluta, sed temporanea, seu conditionalis, nimirum si, & pro tempore, quo non servatur. Ita Delb. *cit. du. 25. num. 5.* Unde jam etiam sequitur, quòd clericus ducens unam eamque virginem, si eâ mortuâ, reassumat habitum, & ecclesiæ alicui deserviat denuo gaudeat privilegio fori omnibusque aliis; cum hæc per matrimonium non fuerint in perpetuum extincta, sed solum suspensa & sopita. Delb. *num. 13.* cum Sanch. *de matrim. l. 7. d. 46. num. 30.* & aliis ab hoc citatis. Sequitur ulterius, clericum post tempore dimissi habitus commissum delictum reassumentem habitum (nisi in fraudem id faciat) gaudere denuo fori privilegio, etiam quò ad hoc ipsum delictum, sub ductumque jurisdictioni laicæ, subdi rursus jurisdictioni ecclesiasticæ, ita ut, etiamsi ob delictum illud ante reassumptionem habitus fuisset à Curia seculari citatus, à Judice seculari personaliter puniri aut incarcerari nequeat. Delb. *loc. cit. num. 10.* citans declarat. S. Congreg. Concilii *in una Papiens. 23. Martii. 1626.* & alteram S. Congreg. immunit. *in una civitatis Castella de die 18. Febr. 1631.* Idque ipsum *num. 17.* extendens ad clericos conjugatos extendens cum Suar. *l. 4. de immunit. eccles. c. 15. num. 16. & c. 27. num. 18.* Farin. *cit. q. 8. num. 66.* Barbof. *cit. alleg. 12. num. 28.* Carol. de Grassis *de effect. cleric. eff. 1. num. 84.* ab eo citatis juxta expressam declarat. S. Congreg. quam recitat, contra Cutell. *de libert. eccles. l. 2. q. 80.* & plures alios, apud Sanch. *de matrim. l. 7. d. 46. num. 4. & 10.* Habentque hæc, nimirum quòd delictum tempore dimissi habitus una cum persona delinquentis per reassumptionem habitus, evadat rursus de jurisdictione ecclesiastica, à fortiore locum, si delinquens ante reassumptionem non fuerit preventus per citationem vel capturam à Judice laico. De cætero ratio illationis hujus est, quòd jura non limitent dictum privilegium ad delicta commissæ tempore clericatus, sed concedant illud absolute pro tempore, quo clericus servat requisita ad gaudendum illo.

3. Dixi: nisi in fraudem fiat ista reassumptio: tunc enim dictum privilegium locum non

habet; cum fraus nemini patrocinarî debeat, & immunitas ecclesiastica esse nequeat fomentum delictorum. Menoch. *de presump. l. 6. q. 76. n. 35.* Molin. *de just. & jur. Tom. 4. tr. 3. d. 49. num. 21.* Ambrosin. *de immunit. eccles. c. 19. num. 50.* Clar. *l. 5. §. fin. q. 36. num. 43.* Farin. *cit. q. 8. num. 16.* Barbof. *in remiss. ad Concil. ad finem decret. 6. Sess. 22. Gutt. 99. pract. l. 1. q. 5.* & alii, quos citat & sequitur Delb. *c. 4. du. 26. num. 1.* contra Genuent. *in pr. Archiepif. c. 8. num. 15.* & Bonac. *de LL. d. 10. q. 2. p. 1. num. 16.* Quorum opinionem tamen non omnino improbabilem dicit Delb. contingit autem hæc fraus, ut idem *ibid. num. 2.* dum assumitur tantum ut medium evitandi jurisdictionem laicalem animo non perseverandi in statu clericali seu delatione habitus, sed dimittendi eum, quam primùm timor jurisdictionis cessaverit. Secus tamen, si status clericalis assumatur, seu habitus reassumatur animo perseverandi in eo, tamen ad id causâ impulsiva fuerit timor jurisdictionis laicalis; quia tunc fraus non committitur, sed jure suo quis utitur, arripiendo medium ad effugiendam jurisdictionem laicalem ab Ecclesiâ ordinatum. Delb. *cit. num. 2.* remittens ad Suar. *de immunit. l. 4. c. 15. num. 17.* Presumitur nihilominus hæc fraus, ubi soli Ordines minores vel beneficium assumitur aut habitus reassumitur post commissum delictum, præsertim post diffamationem illius, vel post citationem aut capturam factam à Judice laico. Barbof. *loc. cit. §. 2. de potest. Episcop. alleg. 12. num. 29.* Farinac. *l. 1. pr. tit. de inquisit. q. 8. num. 76. & 110.* Delb. *loc. cit. num. 5.* Wiestn. *h. t. num. 57.* De cætero etiam in fraudem assumpto aut reassumpto clericatu post commissum delictum subiici clericum Magistratui seculari tantum quò ad punitionem pecuniariam, non autem in persona ad punitionem corporalem, eò quòd per talem assumptionem aut reassumptionem persona clerici evadat actu dicata Deo & cultui divino, indecens autem videatur talem personam corporaliter puniri à Judice laico, tanquam probabilius docet Delb. *loc. cit. du. 27. num. 1. & 2.* citans Farin. *ubi ante num. 107.* ac remittens ad se ipsum *c. 1. du. 6. & c. 2. du. 2. & c. 4. du. 30.* hanc sententiam sequitur Wiestn. *l. c.*

Quest. 11. Num clericus minorista ob non delationem habitus privatus privilegio fori, privatur quoque privilegio canonis?

1. **R**esp. circa hoc valde controvertere AA. affirmativam, seu amitte hoc ipso quoque privilegium canonis, ita ut percuciens istiusmodi clericum solâ tonsurâ primâ aut etiam minoribus initiatum (secus de initiato Ordinibus sacris contra Cutell. *de immunit. eccles. l. 2. q. 24. num. 1.* habet communis) constanter incedentem sine habitu, etiamsi percuciens sciat esse initiatum minoribus, excommunicationem non incurrat, tenent Suar. *de cens. d. 22. s. 1. num. 11. & de immunit. l. 4. c. 27. num. 14.* Azor. *p. 3. l. 5. c. 19. q. 6.* Reginald. *Tom. 1. l. 9. c. 25. num. 376.* Filiuc. *Tò. 1. tr. 16. c. 11. n. 298.* Alterius *de cens. Tò. 1. d. 19. l. 5. c. 6. du. 10.* Laym. *l. 4. tr. 9. c. 6. n. 3.* Menoch. *de presump. l. 6. presump. 76. n. 12.*

Barbof.

Barbos. in *collect. Tom. 1. l. 3. tit. 49. c. 7.* & alii, quos citat & sequitur. Delb. *c. 4. du. 9.* Ratio eorum est, quod licet Trident. loquatur solum de amissione privilegii fori, idem tamen sensisse videatur de privilegio canonis; eo quod hoc facilius amittatur, utpote quod provenit ex jure humano, quam privilegium fori proveniens ex jure divino, ut Abb. *in c. 1. de apost. num. 6. & in c. perpendimus. de sent. excom. Sylv. v. excommunic. vers. 6. num. 4.* Suar. *de immunit. l. 2. c. 27. num. 24. &c.* Tridentinum etiam citat *c. unicum. de cler. conjug. in 6.* ubi expressè dicitur de iis: *si tonsuram & vestes deserant clericales, privilegium retineant canonis*; unde manifestè inferitur, eos illud amittere, si non differant tonsuram & vestes.

2. Oppositam seu negativam tenent Nav. *l. 5. consi. 24. de privil. Molin. de just. & jur. tr. 3. d. 54. num. 9.* Less. *de jur. & just. l. 2. c. 33. du. 5. num. 38.* Comit. *resp. mor. l. 6. q. 20.* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. Gl. 5. §. 5. num. 7.* Bellet, *disquis. cler. p. 1. tit. 3. §. 8. num. 59.* Dian. *p. 1. tr. 2. resol. 34.* & alii apud Delb. *l. c. num. 4.* dicentem factis quoque probabilem esse hanc sententiam, quam ex recentioribus sectantur Wieftn. *h. t. num. 54.* Reiffenst. *num. 80.* Referunt pro ea Gonz. Dian. Comit. declarat. S. Cong. Card. Interp. Trident. sub his verbis. *clerici, qui in hoc decreto Concilii privilegio fori privantur, privilegio tamen canonis non intelliguntur privati &c.* Ratio horum AA. est, quod, cum de jure communi clerici omnes, nulla facta exceptione, fruantur privilegio canonis, Tridentinum etiam jus hoc non restrinxerit ad clericos deferentes habitum, uti illud restrinxit quod ad privilegium fori, & privilegio clauso in Corpore juris (quale est privilegium canonis) nunquam censeatur derogatum, nisi de eo fiat expressa mentio, ut Suar. *de LL. l. 8. c. 38. num. 1.* Salas *d. 17. f. 14. num. 73.* Sanch. *in opusc. Tom. 1. l. 7. du. 19. num. 20.* Caltrop. *Tom. 1. tr. 3. d. 4. p. 21. §. 4.* Pont. *de matrim. l. 8. c. 19. num. 16.* &c. neque nos debeamus restringere hoc privilegium ad clericos deferentes habitum, cum sumus in materia odiosa. Neque etiam valeat illatio à privilegio fori ad privilegium canonis; cum à diversis non rectè fiat illatio. *l. precipimus. ff. de minoribus.* Privilegium autem fori, quippe quod derogat jurisdictioni Judicum secularium, & sic propter horum querelam, & coercendas insolentias quorundam clericorum Constitutorum in minoribus, sine habitu clericali aliisque requisitis à Trid. vagantium facilis tolli oportebat, quam privilegium canonis, utpote quod non lædens jurisdictionem laicorum, sed solummodo refrænans laicos ab injuriis inferendis clericis, quibus infens, magis necessarium; cum magis inhonoretur status clericalis percutiendo clericum; quam conveniendo illum coram Judice laico. Limitant tamen & ipsi hi authores suam hanc sententiam, ut procedat, nisi obstet quorundam locorum legitime præscripta consuetudo, quæ ei derogari potest; cum privilegium illud solo jure Ecclesiastico inductum, uti etiam ei in hisce partibus derogatum censetur, ea etiam ratione, quod tales clerici non deferentes habitum, aliaque requisita præstantes à laicis vix discerni possint. Porro quod hic dictum de privilegio canonis, idem dicendum de immunitate à gaballis. De quo vide Delb. *tit. dis. 19.*

Quæst. 12. Quibus clericis prohibitum deferre tonsuram & habitum clericalem?

Resp. Primò: ad prohibitum istiusmodi clericis minorum Ordinum, dum publicè in statu seculari viventes exercent judicia, criminalia aliosque actus statui clericali repugnantes. Sanch. *conf. mor. l. 7. c. 1. d. 44. num. 6.* citatis præter alios Nav. *in sum. c. 15. n. 110.* Soto *in 4. dist. 24. q. 2. a. 1. vers. rursus.* Sylv. *v. clericus. 2. §. 2.* Angel. *v. eod. q. num. 2.* Estque ratio, quod indecens sit exercere actus statui contrarios deferendo signum status illius. Sic quoque prohibetur deferre tonsuram & simul partitam, *Clem. 1. h. t. censentque Sylv. & Ang. LL. cit.* apud Sanch. peccare mortaliter clericos minorum Ordinum etsi beneficio careant, si publicè deferant tonsuram cum veste partita. Secundo prohibitum id ipsum dictis clericis, dum facti bigami, vel nupserunt corruptæ, & quidem sub anathemate, hoc est, sub excommunicatione ferenda. *c. unie. de bigam. in 6.* Sotus *l. c. a. 1. ante. solution. ad 1.* Richard. *in 4. dist. 24. a. 4. q. 3.* Sanch. *l. c. num. 7.* non tamen prohibetur religiosis, si bagami sint, deferre tonsuram clericalem, ut Sanch. *l. c.* qui etiam addit: idem esse de omnibus, pro quo citat. D. Antonin. *3. p. tit. 14. c. 116. §. 6.*

Quæst. 13. An & qualiter prohibitum clericis gestare arma?

Resp. Clericis prohibitum sub excommunicatione portare arma, intellige gladios bombardas aliæque ad offensionem & defensionem parata. *c. 2. h. t. ubi clerici arma portantes & usurarii excommunicantur.* Unde patet illos peccare mortaliter deferendo arma; cum excommunicatio, utpote quæ major non est in Ecclesia pœna *c. corripuntur. 24. q. 3.* non fertur ad intentatur nisi ob peccatum mortale. *Can. nemo Episcoporum. 11. q. 3.* Patet item ex *cit. c.* excommunicationem illam non esse sententiæ lætæ sed ferendæ per Judicem, dum, clerici desuper moniti arma non deponunt & sic accedit contumacia Abb. *in cit. c. 2. num. 8.* Barbos. *in idem c. num. 3.* Pith. *h. t. num. 22.* Monachi autem intra septa monasterii retinentes arma sine licentia superioris ipso facto sunt excommunicati; cum locus sacer aggravet delictum. *Clem. ne in agro. §. quia vero. De statu monachali.* junctâ *Gloss. v. tenentes.* Abb. *ibid. num. 20.* qui etiam idipsum extendit ad quoscunque religiosos contra *Gl. in cit. Clem. v. monachos.* excipientem canonicos regulares. Nequaquam tamen hæc extendenda ad clericos seculares, in Ordinibus tantum minoribus constitutos; cum hi, sicut non obligantur ad deferendum habitum & tonsuram clericalem, ita etiam non obligantur ad incedendum sine armis; quamvis unâ cum habitu & tonsura arma deferre prohibeantur, non secus, ac in habitu clericali exercere statui clericali contraria juxta dictâ *quæst. præced.* Nihilominus & clericis in sacris constitutis in nulla causa licitum gestare arma, tam offensiva quam defensiva, ad se suaque defendenda, dum periculum

lum invasionis timetur, præsertim in itinere, dum per loca periculosa transeundum, aut haberent inimicitias. Gloss. in cit. c. 2. h. t. v. clerici arma. Abb. *ibidem* num. 8. Barbof. num. 5. Bellet. loc. cit. §. 17. de discipl. cler. à n. 14. juxta c. dilecto, de sent. excomm. in 6. Unde etiam secum ducere possunt familiares armatos, ut Bellet. loc. cit. Quin etiam exrecepta jam consuetudine iter facientes arma deferre possunt, ut cum Pirh. h. t. num. 22. Reiffenstuel. num. 123. Porro armorum nomine quæ veniant, vide apud Bellet. l. c. §. 18. à n. 11. Decian. rr. crim. l. 8. c. 2. Campanil. in divers. jur. rub. rub. 4. n. 22. & alios, ad quos remittit Barbof. l. c. n. 4.

Quæst. 14. Num Clerici deferentes arma amittant privilegium fori?

1. Resp. primò: Num clerici etiam in sacris constituti, etiam ter moniti ab Episcopo, ut arma iniqua (per quod intelligi videtur gesta sine justa causa) deponant, privantur ipso jure privilegio fori, ita ut, à Judice laico puniri possint, non conveniunt AA. Negant hoc ipsum Lupustr. de libert. eccles. p. 2. q. 5. num. 5. & 9. Suar. l. 4. de fens. c. 2. num. 4. apud Delb. de immunit. p. 1. c. 2. du. 4. §. 4. num. 45. Eò quòd, ut pro regula generali statuunt, clerici in sacris constituti non amittat privilegium fori, nisi per sententiam degradationis realem vel fictam, quæ in absentem ferri solet. Affirmant è contra cum Gloss. in c. 1. de apostat. v. liberari. Covar. pract. qq. c. 31. num. 2. Clarus §. fin. q. 36. num. 23. & c. Eò quòd trina illa monitio facta clerico in sacris constituto (ob quam incorrigibilis apparet) videatur esse instar sententiæ & degradationis per juris adminiculum. Quorum posteriorum sententiam Delb. l. c. §. 3. n. 47. dicit non esse improbabilem, priorem tamen tutiorem & sequendam.

2. Resp. De clericis primà tonsurâ aut minoribus tantum insignitis quòd privationem privilegii fori ob gestationem armorum pari modo loquendum, ac de iis non gestantibus habitum clericalem, nimirum, quòd illud amittant. Et sic tenent Sanch. de matrim. l. 7. d. 46. num. 46. ad finem. Suar. loc. cit. num. 5. Clar. loc. cit. qu. 36. num. 12. & quamvis. Delb. p. 1. c. 4. du. 2. num. 21. contrarium dicat probabilius, eò quòd nullibi statutum reperiatur, quòd talis clericus ob portationem armorum privetur hoc privilegio, excipit tamen; nisi arma portando potius secularis quàm clericus appareat conceditque, quòd tunc privetur hoc privilegio ob non servatam conditionem ad gaudendum illo requisitam, uti idem diximus supra de privatione illius ob non gestatum habitum clericalem. Habent hæc de amissione privilegii fori à fortiore locum, dum clerici minoritè militiæ operam dant; cum eo ipso, quòd militiam secularem sectentur, militiæ seu statui clericali renunciassè censentur. Bellet. disq. cler. p. 1. §. 11. de discipl. cler. num. 7. Abb. in c. consultationi, de cler. non resid. num. 1. Clar. l. §. 73. num. 6. Unde & excidunt eo ipso pensione ecclesiastica, si quam habent. C. de Luca. de pens. d. 47. num. 3. uti & beneficio. Gloss. in cit. c. consultationi v. redierint. Parif. de resign. l. 1. quæst. 1. num. 22. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gl. 14. num. 63. & c. Nil tamen vetat, eos depositâ mi-

R. P. Leurr. Jur. Can. Lib. III.

litiæ seculari, & resumpto habitu clericali recuperare privilegium fori; cum eo non priventur in perpetuum ob assumptam militiam. C. de Luca. ad Trid. d. 24. num. 35. Quin etiam eo non amisso militare possunt pro Papa vel defensione Patriæ. Reiffenstuel. h. t. num. 125. cum C. de Luc. de pens. d. 46. num. 7. verum de his vide me ad lib. 2. q. 182. uti & de omnibus antecedentibus ad tit. de foro compet.

Quæst. 15. An clericus à Magistratu seculari spoliari possit armis, incedens de nocte armatus?

1. Resp. ad primum: Clericus gestans arma, etiam speciali jure aut statuto Principis secularis specialiter prohibita extra casum, ubi in flagrante crimine aut ejus machinatione deprehenderetur, aut injuria & damnum aliter impediti nequiret, adhuc illis jussu Magistratûs civilis spoliari non potest. Abb. in c. severò, de sent. excomm. num. 6. Navar. in man. c. 27. num. 8. Suar. de defens. fidei. l. 4. quæst. 34. num. 14. Ugol. de potest. Ep. c. 13. §. 12. num. 3. Bonac. de LL. d. 1. quæst. 2. p. 1. §. 1. num. 2. Dian. p. 1. rr. 2. resol. 9. Martha de jurisd. p. 4. cas. 7. num. 20. Delb. de immunit. p. 1. c. 2. du. 4. §. 7. num. 30. Barbof. in c. 2. h. t. num. 6. citans plures alios contra Covar. pract. c. 33. §. l. 2. var. c. fin. n. ult. Patac. in repet. c. per vestras. de donat. inter. vir. & mul. notab. 2. §. 1. & Clarum l. 5. §. fin. quæst. 36. num. 26. ubi expelsè: quòd si clerici fuerint reperti cum armis prohibitis ex proclamatione Principis secularis, potest Judex laicus seu ejus familia ipsos spoliare, & arma eis auferre, neque tenetur ea illis restituere; & ita passim usurpatur & c. Nana licet lex talis seu statutum concernens utilitatem publicam & favorem Reipublicæ, neque contrarium SS. Canonibus, obliget quoque clericos; coactio tamen ad ejus observantiam, & coercitio clerici ejus transgressoris nequaquam spectat ad Magistratum secularem, sed ad potestatem & jurisdictionem ecclesiasticam. Barbof. l. c. Wiefner. h. t. num. 50.

2. Resp. ad secundum: Possè clericum capi à laico ex jussione & mandato sui Prælati ecclesiastici, extra dubium est. Barbof. ad c. ut f. me. de sent. excomm. num. 4. Possè etiam clericum in flagrante crimine gravi deprehensum, dum de fuga suspectus, à laico capi, ut Judici ecclesiastico tempestivè sistatur, docent Nav. loc. cit. num. 81. & 85. Clar. loc. cit. quæst. 28. num. 6. & alii, quos citat & sequitur Delb. loc. cit. num. 27. Possè etiam clericum de nocte inventum capi à laico, modò probabiliter præsumatur ali-quod scelus intendere, docet Idem num. 28. cum Nav. Ex quibus omnibus infert Delb. num. 30. cum Nav. loc. cit. Possè clericum de nocte incedentem cum armis (intellige, etiam à laicis seu potestate seculari; de his enim in antecedentibus erat tota quæstio) quia tunc præsumitur ire ad delinquendum. Pro quo citat Abb. & latius Nav. l. §. conf. de sent. excomm. conf. 44. bene tamen monet cum eod. Nav. Delb. num. 29. Cavendum ministro, ne modum excedat in capiendò. V. g. ut permittenti se capi & quietè duci non impingat pugnos vel calces, ut offerentem fidejussionem se præsentandi Prælatò suo non mitrat in carcerem.

B

De

De cetero in casu, ubi nulla delicti fama aut praesumptio apparet, id non liceret cum enim in multis casibus arma ei deferre liceat, foret illa capio cognitionis, quae seculari Magistratui super clerico non licet Barbol. l. c.

Quaest. 16. An & qualiter clericis prohibitum exercere officia, negotia & commercia secularia?

R Esp. primò: ea, maximè, dum in se inhonesta sunt & fordida, prohibentur illis expressè. *c. clerici officia. h. t. ubi dum dicitur: maximè inhonesta*: indicatur, quòd clerici etiam commercia secularia non inhonesta vitare debeant. Abb. in cit. c. num. 3. nisi fortè egeant. *Can. clericus vitium. dist. 91. & c. 1. de celebrat. missar. vel visi ob curam viduarum aut pupillorum c. 1. dist. 88. vel ob alias necessitates. c. 1. ne clerici vel monachi.* Porrò inter inhonesta officia respectu clericorum ad ministeria ecclesiastica deputatorum censentur, exercere publicè & personaliter officium macelliorum seu lanionum, couponariorum tabernariorum. *Clem. 1. h. t. ad fordida spectat publicè agere fabricum, pelles & coria parare, & alia huiusmodi vilia & immunda exercere, ita AA. communiter cum Specul. ad tit. de cler. conjug. num. 6. & 7.*

2. Resp. Secundò: dubium non est, clericos habentes beneficium ecclesiasticum, aut constitutos in sacris ea exercentes peccare graviter, & quidem, ut videatur gravius, quàm exercentes negotiationem aliam de se non inhonestam aut fordidam; quia longè plus ea dedecent initiatos ordinibus sacris, utpote divinis mysteriis tractandis viciniore, ut patet ex gravitate poenarum illis à SS. Canonibus intentarum de quibus paulò post. Clericos verò in minoribus tantum ordinibus constitutos ea exercentes (modò id faciant non deferentes habitum & tonsuram clericalem, adeoque in dedecus status & ordinis clericalis) non peccare, ex eo conficitur, tum quia istiusmodi secundum se non sunt inhonesta theologicè; tum quia istiusmodi clerici liberè & sine peccato renunciare possunt facto suo non peccaminoso statui & privilegiis clericalibus, licentque iis omnia quae laicis in civilibus & criminalibus juxta dicta.

Quaest. 17. An & qualiter clericis prohibita negotiatio propriè talis seu mercatura, & quae illa dicatur?

R Esp. ad primum: negotiatio quoque propriè talis prohibita est clericis (intelligè constitutis in sacris, uti & clericis minoribus, incedentibus in habitu & tonsura) *c. fin. h. t. Can. consequens. & Can. ejiciens, dist. 88. c. 1. ne clerici vel monachi, & c. secundum eod. juxta illud Apostoli. 2. ad Timoth. 2. nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus.* Bellet. loc. c. §. 21. num. 2. Delb. de immunit. p. 1. c. 4. du. 2. n. 10. Barb. in cit. c. fin. num. 3. cum communi; & quidem sub peccato mortali, quod poena illis constituta importat quod tamen sic limitat Reiffenst. hoc. t. num. 134. citans pro hoc Barbol. l. 1. jur. eccles. c. 40. num. 120. Dian. p. 1. tr. de contr. lib. resol. 72.

ut peccetur mortaliter nisi excuset paritas materiae consistens in hoc, quòd clericus semel tantum iterumve fuisset negotiatus. Quae tamen limitatio potius locum habet quòd ad poenas & privationem privilegii clericalis statutas clerico negotiatori; eum verba significantia exercitium vel officium non verificentur in unico actu, sed tantum in repetitis pluribus actibus. V. g. non dicatur mercator, qui semel tantum merces aliquas vendidit, sed saepius ultro citroque negotiando. Pith. h. t. num. 30. cum Anchar. in cit. c. fin. h. t. num. 4. Sanch. cons. mor. l. 2. c. 4. du. §. 1. num. 7. Illud certum videtur, clericum excusari à peccato ob necessitatem; quia aliquando non habet unde vivat. *c. 1. ne clerici vel monachi.* Reiffenst. loc. c. citans Barbol. ubi ante num. 119. Sic quoque nihil SS. Canonibus contrarium, adeoque nihil peccaminosum, contineri in ea negotiatione, dum clerici vel religiosi in Brasilia vel India Orientali, dilatationi & conservationi Ecclesiae vacantes, qui ad sui sustentationem multis rebus ex Hispania mittendis egent; merces suas mittunt in Lusitaniam, ubi plus valent; ut ex pretio iis necessaria mirantur, affirmat Molin. de iust. tract. 2. d. 342. apud Barbol. in cit. c. fin. num. 3. citantem plures alios.

2. Resp. ad secundum: per negotiationem propriè talem jura & SS. Canones intelligunt illam, qua quis rem quampiam emit, ut eandem, non immutatam materià, vendat alteri. Azor. in st. mor. p. 2. l. 7. c. 15. in fine. cui descriptioni addendum videtur: *carum, cupiditatis & lucri gratia*, vel, ut Barbol. inc. secundum ne clerici vel monachi. num. 3. dicitur negotiari, qui aliquid emit aliove contractu oneroso acquirit, ut ex illius venditione lucrum acquirat. Qualis negotiatio clericis interjecta secundum Bellet. l. c. p. 2. §. 1. de poenis cler. num. 1. apud Reiffenst. h. t. num. 131. interviendum quis. v. g. emit lanam, ut suis expensis per mercenariorum seu opificum industriam laboremque (non autem per seipsum) aliquid v. g. pannum conficiat, eum postea venditurus, ut aliquid lucraretur & qualis secundum Azor. loc. c. non est, dum quis nutrit animalia, ut eadem vendat, aut ex eorum lana panno confecto arte & industria lucrum faciat. Item, dum ex patrimonialibus vel fructibus beneficii sui vendit aliqua. Azor. loc. c. Barbol. jur. eccles. l. 1. c. 40. num. 127. juxta relatum ab eo S. Cong. Trid. declarat. Quin etiam speciem negotiationis clericis prohibitam, unde negotiatores seu mercatores dici queant, non habet, dum clericus vinum, oleum, triticum ex redditibus patrimonialibus aut beneficii sui collecta aliò mittit, ubi pluri venduntur; cum lucrum illud non proveniat ex emptione prius facta, nemoque negotiari censeatur vendendo res ex propriis beneficiis vel bonis patrimonialibus provenientes. ita tenent Molin. de iust. Tom. 2. d. 341. Less. l. 2. c. 21. du. 1. an. 4. Bellet. disq. cler. p. 1. de discipl. cler. §. 21. a. num. 7. Malder. de iust. tr. §. c. 2. du. 4. Duard. in Bull. Cæna. l. 2. can. 28. g. 9. num. 14. & seq. Tanner. tom. 3. d. 4. q. 7. du. 2. n. 69. Rebell. p. 2. l. 9. q. ult. f. 1. §. 2. Barbol. in collect. tom. 3. l. 3. tit. 50. c. 6. num. 3. Rice. in pr. to. 1. resol. 317. Castrop. tom. 2. tract. 12. d. unic. p. 9. n. 16. Bonac. tom. 3. in Bull. Cæna. d. 1. quaest. 19. p. 3. §. 2. num. 6. & alii, quos citat & sequitur Delb. p. 1. c. 5. du. §. a. n. 1. dicens esse communem. Item talis negotiatio non est, dum quis ex motivo caritatis emit

vidua-

virtualia, ut tempore famis non tantum pro suo usu habeat, sed etiam aliis egenis vendere possit pro currente precio, modo non faciat lucri gratiam. Abb. in c. 1. ne cler. vel monachi. num. 9. Ricc. pr. p. 3. resol. 199. num. 3. Item dum ab initio defuit animus negotiandi in emendo, V. g. qui emit pro sui familiaeque sustentatione in annum frumenta, & quod elapso anno supererat, revendit currente pretio, licet cariore. Ricc. loc. c. resol. 202. num. 1. Barbof. loc. c. num. 122. citans alios. vide Eeundem in c. secundum. ne cler. vel monachi. num. 3. & 4. ubi etiam quod possit clericus exercere mercaturam, ut se suosque alat. Et in genere qualis negotiatio non est, dum quis emit materiam, eamque per artem reductam in aliam formam vendit, praesertim ubi eam formam suo labore & artificio induxit. V. g. dum empto filo facit retia, ex viminibus canistra, ex auro vel argento coempto salices aliaque suppellectilia, eaque vendit; tantumque abest, quod istiusmodi exercitatio sit clericis prohibita, ut etiam illis recommendetur exemplo antiquorum cemitarum, quin & ipsiusmet S. Apostoli Pauli hac ratione de labore manuum victitantis, modo tamen officium suum ecclesiasticum per hoc non negligat. can. clericus victum. dist. 91. c. presbyter. can. clericus quemlibet. dist. ead. cap. 1. de celeb. missar.

Quest. 18. An liceat clericis per alium exercere negotiationem propriam?

Resp. affirmativè. Sic v. g. Titius pecunias, quas habet ex matrimonio, potest tradere mercatori, ut negotiationi exponat. Item potest cum laico inire societatem, ita ut ipse pecuniam in commune conferat, sed solus laicus negotiationem exerceat. ita Azor. p. 2. l. 7. c. 15. vers. ult. citans Medinam, de reb. restit. quest. 31. Dian. resol. mor. tr. de contract. resol. 73. Barbof. l. c. num. 2. & alii apud illum. Idem dicit Azor. de conobio religiosorum, quod possit pecunias ex redditibus suis collectas dare mercatori ad negotiationem; eò quod SS. canones solum prohibeant clericis beneficiatis vel in sacris constitutis, ne per se negotientur; cum id illos minimè deceat. Et quamvis eandem sententiam sectetur. Delb. p. 1. c. 5. du. 3. f. 3. num. 4. citans pro ea Molin. Salas. Malder. Rebell. Squill. & c. contra Genuens. in pr. c. 62. num. 6. Rice. pr. fori eccles. p. 3. resol. 205. num. 2. Ugo. lin. de potest. Episc. c. 13. §. 17. & alios, ipse tamen num. 14. ait, esse id ipsum parum decens statum ecclesiasticum, & non faciendum, nisi iusta aliqua causa excuset, alias semper subesse peccatum aliquod veniale, si non ex vi prohibitionis positivæ, saltem ex vi prohibitionis naturalis ob dictam decentiam; & sic tenere Molin. de just. Tom. 2. d. 342. num. 10.

Quest. 19. Quenam praeterea exercitia prohibita clericis?

Resp. Prohibetur illis insuper cit. c. clerici. 15. h. t. ne jocolatoribus & histrionibus intendant, seque faciant galiardos & buffones, idest, mimos & histriones; tabernas omnino evitent praeterquam ob necessitatem in itinere constituti; neque ad aleas & taxillos ludant, neque hujusmodi ludis intersint.

R. P. Lemr. Jur. Can. Lib. III.

2. Quod attinet ad primum, notandum, per intendere jocolatoribus, intelligi interesse illis, seu spectare istiusmodi ludos inhonestos. Unde etiam jubentur vitare convivia nuptialia publica & scenas, ubi talia exercentur. can. presbyteri. dist. 34. ne, ut dicitur ibidem, auditus aut obtutus factis ministris deputati turpium spectaculorum & verborum contagione polluantur. Item can. non oportet. il. 2. de consecrat. dist. 5. & secundum Gl. incit. c. presbyteri. v. etiam alienarum. & Abb. in c. cum decorum. hoc. t. jubentur ex mensa surgere & recedere, ubi adveniunt histriones & jocolatores. Istiusmodi autem clericos exercentes jocolatoriam & histrioniam utique peccare graviter (etiam, ut videtur, dum una vice id faciunt, secus ac dictum de clerico negotiatore) cum hac ratione plurimum detrahant dignitati ordinis clericalis, sintque ipso jure infames jocolatores, qui omnibus faciunt sui spectaculum, juxta l. 20. ff. de his qui not. infam. junctâ Gl. v. definit. & hinc etiam tales ad clericatum promoveri non possunt. can. in maritum. dist. 33. c. 1. dist. 51. Sayr. de cens. l. 7. c. 10. num. 8. Bellet. loc. c. tit. de discipl. cler. §. 10. n. 17. & 18. & alii, quos citat & sequitur Barbof. ad cit. c. clerici. num. 2. Dum verò ipsi non exercent talia, sed talibus intersunt, an peccent mortaliter, dubitari potest. Idem dicendum videtur de iis, quod de clericis constitutis in sacris, si intersint comediis, dicit Sanch. de matrim. l. 9. d. 46. num. 41. nimirum, si ob solam curiositatem absque periculo probabili lapsis in peccatum grave, cessante scandalo (quod hodie dum cessare credit, quia frequentissimum, clericos illis interesse) intersint. Nec ob stare prohibitiones Conciliorum & utriusque juris; eò quod, ut Imol. in cit. c. cleric. n. unic. apud Barbof. loc. c. num. 3. sint tantum de honestate; vel potius, ut Barbof. dicendum cum Cajetan. in summario v. clericorum peccata ad finem. non obligare sub mortali, cessante scandalo & contemptu.

3. Quod attinet ad secundum, notandum, ludum alearum (per quem clericis prohibitus intelligitur ludus quicumque qui magis fortunam quam arte & ingenio regitur; non verò, qui magis consistit in arte & ingenio, vel etiam virtute corporis adeoque clericis permiffum. Barbof. loc. c. num. 7. Pirh. hoc. t. num. 25. cum communi) ob plurima incommoda inde oriri solita (quæ ex Archidiacono in c. Episcopus. dist. 35. num. 2. enumerata vide apud Barbof. loc. c. num. 6.) prohibitum sub mortali inferunt plures ex pœnis, de quibus paulò post; item ex eo, quod Aleatores publici sint infames, ut citatis. Molin. de just. tract. 2. dist. 129. Mascard. de probat. conclus. 995. Rebuff. Vivian. & aliis Barbof. in collect. ad c. inter dilectos. de excess. Pralat. num. 3. & 4. ubi etiam ex Garc. de benef. part. 7. cap. 8. num. 40. quod Rota decis. 426. num. 2. part. 1. diversar. censuerit, clericum aleatorem indignum, cui beneficium conferatur, & si est publicus, collationem ei factam ipso jure esse irritam. Verùm hæc intelligenda, si aleis aut etiam chartis ludant clerici in magna quantitate, vel etiam frequenter, palam & cum scandalo populi; secus, si privatim sine scandalo ex bonis patrimonialibus, aut etiam redditibus beneficiorum suorum in quantitate modica, spectato honorum suorum & reddituum copiâ, recrea-

recreationis causâ, non negligendo officia divina & ministeria suo statui incumbentia, ludant, censet Pirh. *l. c.* cum citatis à se Less. *de just. l. 2. c. 26. du. 1. à num. 5.* Laym. *th. mor. l. 3. tr. 4. c. 21. num. 1.* præsertim, ut inquit, cum hodiernum rigori antiquorum canonum, etiam quò ad ludos istiusmodi fortuitos multum per desuetudinem derogatum videatur. Unde etiam, quod ait Barbof. *in cit. c. inter dilectos. n. 8.* citatis Bellef. Farinac. &c. quòd consuetudo ludi permilla in clericis uti corruptela omnino improbetur, id inte lligendum de ludis istiusmodi infamantibus. V. g. ludo alearum publico. Notandum etiam, clericis constitutis in facris prohiberi, ludos theatrales, non tantum scurriles, sed & profanos exhibere, non obstante quacunq; consuetudine, & vel maximè in ecclesiis. *c. cum decorem. hoc. t.* Barbof. *ibidem. num. 1.* & 2. citatis aliis, neque etiam istiusmodi ab aliis exhibitis interesse possunt, multoque minùs elargiri talibus comædis pecuniam. Barbof. *cit. num. 3.* non prohibetur tamen illis etiam in ecclesiis exhibere ludos honestos, comedias, tragœdias aliave spectacula pia excitantia ad devotionem, & non ludicra, fervientia potius ad risum & lasciviam. Gl. *in cit. c. cum decorem. v. monstra.* Abb. *ibid. num. 1.* Barbof. *num. 6.* Bellef. *disq. cler. p. 1. §. 23. num. 10.* Pirh. *h. t. num. 25.* Sed neque clerici huiusmodi, sulciper pollunt habitum personatorum, & larvis se tege-re. Barbof. *l. c. num. 3.* citatis Bellef. *ubi ante num. 7.* Gregor. *synagm. juris. l. 39. cap. 11.* Lambert. *de jurep. l. 2. p. 2. quæst. 9. a. 26. num. 5.* Comitol. *resp. mor. l. 6. quæst. 8.* & præsertim in scenis pretio recepto, & causâ quæstus; cum istiusmodi repræsentationibus vacantes sint infames, & utroque jure pro infamibus habeantur, nec possint promoveri ad ordines. Barbof. *loc. c.* citatis aliis. An verò repræsentare possint ipsi personam aliquam ecclesiasticam. V. g. monachum, ad eremitam aliumve sanctum non ludibrii causâ dubitari potest; cum aliàs secularis veste religiosa virorum aut monialium ludibrii vel contemptus gratiâ utens, aut etiam in ea theatralia exercens peccet gravior, & puniendus veniat, non tantum à Judice ecclesiastico, sed & lege cæsaræa. *Auth. de sanctiss. Episcopis. c. ult. coll. 9.* intenterur eis pœna corporalis & exilii. Rodriq. *quæst. 99. regul. tom. 2. quæst. 76. a. 7.* Pirh. *h. t. num. 26.* Barbof. *l. c. num. 4. & 5.* citatis aliis.

Quæst. 20. Quæ pœnæ, præsertim quò ad privationem privilegii clericalis, immiscentibus se officiis & negotiis secularibus, aut intendentibus jocularioribus & histrionibus?

R Esp. primò: prohibitum est clericis & monachis negotiari lucri gratiâ sub intimatione anathematis. *c. secundum. ne clerici vel monachi.* Barbof. *ibid. num. 1.* citatis aliis Delb. *c. 5. du. 3. f. 1. num. 2.* neque ad hoc, ut anathema infligatur, requiritur trina monitio præcedens, de qua in *c. fin. hoc. t.* Delb. *l. c. num. 4.* Ratio, cur sub pœna anathematis id illis prohibeatur, est, quia valde indecorum est, ecclesiasticos lucris captandis incumbere; tum quia mitè animi occupat & à spiritualibus revocat; tum et-

iam quia est res plena periculi perjurii, fraudum injustitiæ. Delb. *l. c. num. 7.* juxta monitum Apostoli. *1. ad Timoth. 6.* Porro hæc verba: *sub intimatione anathematis* non esse latæ sententiæ, sed ferendæ, uti & illa, dum simpliciter dicitur: *sub excommunicatione*: censet Barbof. *in cit. c. secundum. num. 8.* & in *c. cum esses. de testam. num. 9.* citans pro hoc Sayr. *in cla. reg. l. 3. cap. 8. num. 19.* Tulch. *v. pœna. concl. 233. num. 5.* Salas *de LL. quæst. 96. tr. 14. d. 15. f. 3. num. 41.* Farinac. *fragm. crim. p. 2. v. lex. num. 69.* & alios. Præter hanc pœnam, si post trinam monitionem sui Prælati non respiscant, intermittendo negotiationem (idem est de officio seculari fordido) amittunt ipso facto privilegium clericale quo ad facultates & bona sua, ita ut quò ad ea statutis & consuetudinibus patriæ subjaceant & non sint defendendi per Ecclesiam, pro ut statuitur. *c. fin. Ecclesiâ in odium negotiationis, utpote valde dedecis ecclesiasticos, Magistratui seculari concedente, ut coram eo conveniri possint, & ab eo puniri in rebus negotiationis.* Delb. *loc. c. num. 1.* cum communi. Dicitur primò: *post trinam monitionem*: ita ut una monitio peremptoria non sufficiat, sed requirantur tres distinctæ intervallo aliquot dierum Gl. *in Clem. 1. hoc. t. v. tertio.* Abb. *in cit. c. fin. num. 5.* Sylv. *v. clericus. 3. num. 3.* Nav. *in man. cap. 27. num. 2.* Comitol. *resp. mor. l. 1. quæst. 53.* Barbof. *in cit. c. fin. citatis aliis Pirh. hoc. t. num. 28.* Delb. *l. c. num. 6.* contra Rosell. *v. excommunic. 2. num. 3.* Angel. *v. clericus num. 3.* quorum sententiam non improbabilem censet Delb. & pro qua citantur quoque à Barbof. *in c. 6. ne clerici vel monachi. num. 7.* Molin. *de just. tract. 2. d. 242. num. 10.* Aitarium *de cens. tom. 1. ubi de Bulla Cœnæ. dist. 19. cap. 6. col. 10.* Quarant. *in summ. bull. v. vestigal.* Portel. *in dub. regular. v. tributum.* Turrecrem. Malder & alios docentes, teneri clericos negotiatores ad solvendum tributum, etsi trina monitio non præcesserit. Quia dum agitur de pœnis incurrendis, & jus exigit trinam monitionem, una citatio peremptoria non habet vim trinæ citationis; cum in pœnibus verba strictè accipienda. Arg. *l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest.* Abb. Pirh. *LL. cit.* Ait tamen Sanch. *consil. mor. l. 2. cap. 4. du. 51. num. 2. in fine.* Quòd si Episcopus faciat publicam constitutionem Synodalem, quâ jubeat, ut clerici abstineant à negotiatione sub pœna privilegii clericalis amittendi, tale edictum haberi loco trinæ admonitionis. Sed neque etiam sufficere monitio generalis etiam repetita, ut omnes clerici abstineant à negotiationibus, sed requiritur trina monitio specialis, ita ut feratur ad talem negotiatorem clericum in specie seu in individuo. Reiffenst. *hoc. t. num. 137.* cum Abb. *l. c.* Dicitur secundò: *sui Prælati*: quia hæc monitio fieri debet à Prælato, nec satis est, ut fiat ab alio Judice; *cum cit. c. fin.* dirigatur ad Episcopum Ambianensem, & dicatur: *si tertio à te moniti.* Sanch. *loc. c. num. 5.* citatis Sylv. Ang. Butr. Abb. & aliis. Dicitur tertio: *si non respiscat, & intermittat negotiationem.* dum enim post trinam monitionem desinit negotiari, non amittit privilegium clericale. Quin & postquam illud amisit continuando negotiationem, recuperat illud, quamprimum desinit negotiari; cum privilegium illud in hoc casu continuatæ post trinam monitionem negotiationis non extinguatur in perpetuum, sed

sed solum quamdiu Clerici negotiatoris delictum durat. Comirul. loc. c. Molin. loc. c. d. 342. concl. 1. n. 3. Barbof. cit. a. 4. Pith. num. 29. cum Gl. fin. in cit. c. fin. Arg. ejusdem c. dum ibi dicitur: *Dum* (hoc est, quamdiu) *his se implicant*. Dicitur quartò: *amittant ipso facto*. Nam ipso facto, ut loquitur textus cit. c. fin. abjecerit privilegium clericale. Licet enim clericus verbo renunciare huic privilegio nequeat, potest tamen id facto suo, dum illud tale est, ut reddat committentem illud eo indignum, & propter quod jura privant eum. Dicitur quintò: *quò ad facultates & bona sua*: hoc est, patrimonialia, & quæ ex redditibus suorum beneficiorum collegerunt (quæ bona clericorum aliàs bona minùs quam bona Ecclesiæ sunt exempta à Magistratùs secularis jurisdictione, exactionibus, tributis & vectigalibus. Pith. num. 29. cum Abb. cit. num. 4. & communi DD.) non autem quò ad bona, quæ sunt & remanent Ecclesiæ; cum delictum personæ non debeat redundare in detrimentum Ecclesiæ juxta. Reg. 76 Gl. fin. in c. fin. h. t. Barbof. ibid. num. 4. Pith. l. c. Unde, ut idem, si clericus negotiationem exerceat ex bonis Ecclesiæ. V. g. Prælati ex bonis monasterii, locum non habebit hæc amissio privilegii. Quamvis quò ad hoc in praxi observari contrarium, ita ut administratores talium bonorum quoque solvere teneantur vectigal &c. dum negotiatio est lucrosa putet. Laym. th. mor. l. 4. tr. 9. c. 6. num. 9. in fine. Colligitur quoque ex dictis verbis, quòd clerici illicitam exercentes negotiationem, ex inde non amittant privilegium clericale; neque canonis, neque fori quò ad personas suas; eò quòd, cum hæc lex sit pœnalis, extendi non debeat à facultatibus clericorum ad personas eorum, Suar. de cons. d. 22. f. 2. Pith. num. 28. Reiffenst. num. 139. Unde etiam, ut idem, si in negotiatione delinquant, utendo V. g. falsa mensura, non poterunt à Judice seculari, sed à solo suo Judice ecclesiastico puniri. Pro quo citat Gl. in cit. c. fin. v. *tertiò*. (ubi tamen ea de hoc postremo nihil, sed solum, quòd non amittant privilegium canonis.) Abb. *ibidem* num. 7. citi tamen contradicere videtur Barbof. in cit. c. fin. num. 2. dum ait, posse illos puniri à Judice laico in rebus negotiationis, sed non ad pœnam corporalem. Pro quo inter alios citat Carol. de Grassi, de effectib. cler. eff. 1. num. 845. ubi is, quòd puniri possunt in concernentibus negotiationem (qualiter negotiationem concernit, uti in ea falsa mensura; vel etiam moneta falsa) non in reliquis, intellige, delictis eam non concernentibus, non possunt tamen etiam ratione delictorum delictorum procedere cum illis ad pœnam corporalem. Dicitur sextò: statutis & consuetudinibus patriæ subjacent, quò ad solvendas gabellas, contributiones, tributa non secùs ac non clerici seu laici. Delb. l. c. num. 4. Pith. h. t. num. 28. Si quidem dum clerici negotiationibus & lucris secularium hominum propriis inhiant, æquum est, ut etiam eorum onera sentiant. Pith. l. c. An verò clericus negotiator cogi possit à seculari Judice ad solvendas gabellas, tributa, vectigalia, non ita conveniunt. AA. Affirmativam, nimirum posse eos ad hoc cogi à Judice seculari, non quidem capiendo personas, sed res; eò quòd in his, quæ causâ negotiationis defert, reputetur, non ut ecclesiasticus, sed ut laicus, tenent plures apud

Sanch. cons. mor. l. 2. c. 4. du. 52. n. 1. & sic hanc sententiam de consuetudine servari in Gallia testantur apud eundem Triaquel. Aufser, videturque hæc sententia conformior dictis paulò ante ex Barbof. Si enim in rebus negotiationis puniri possunt à Judice laico, videntur multò magis ab eo cogi posse ad solvenda ex iis, quæ debent. Contrariam tamen tenet Sanch. l. c. eò quòd in jure tantum dicatur, teneri eum solvere gabellas ut tenentur laici. Ubi etiam addit citatis pro hoc aliis, quòd si sit quæstio, an ea res sint clerici, an causâ negotiationis deferantur, de hoc cognoscere debeat Juxta ecclesiasticus, & quòd manente dubio, an merces causâ negotiationis deferantur, standum juramento clerici. Dicitur denique: non sint defendendi ab Ecclesia, & peccant in Ecclesiam, frustra invocant auxilium illius ad defendendum privilegium. c. cum contingit. de sentent. excom. siquidem frustra implorat auxilium legis, qui committit in legem. c. quia. de usuris. Gl. in cit. c. fin. v. cum facto.

Quæst. 21. An etiam clerici initiati tantum primâ tonsurâ & ordinibus minoribus ob negotiationem amittant privilegium fori?

R Esp. Non convenire in hoc AA. Affirmant namque Clarus. pr. crim. §. fin. q. 36. n. 12. & plures alii apud Sanch. de matrim. l. 7. d. 46. num. 25. & Barbof. de potest. Episc. p. 2. alleg. 12. num. 30. eò quòd non sit, ut clericus fruatur privilegio statùs, quem offendit, & in cujus opprobrium cedit. Negant è contra, ac præcipue de clericis conjugatis. Sylv. v. clericus. 3. q. 3. Sanch. l. c. num. 26. Barbof. cit. n. 30. Suar. de immunit. Eccl. l. 4. c. 28. num. 9. Delb. p. 1. c. 4. du. 2. num. 12. eò quòd, cum è statu clericis conjugati negotiatio quædam decens & moderata non sit ita aliena, & cit. c. fin. non loquatur de clericis conjugatis, multaque liceant clericis conjugatis, quæ aliis clericis prohibita sunt. Unde ne quidem clericum conjugatum privari posse hoc privilegio fori per sententiam, ait Delb. num. 14. Quin etiam, ut idem num. 17. licet de clerico non conjugato loquatur cit. c. fin. Affirmandum adhuc est, quòd privilegio fori non careat ob negotiationem, nisi per sententiam privetur; quia etiam nullibi statutum, talem clericum ob negotiationem carere tali privilegio.

Quæst. 22. Quæ pœna statuta clericis, exercentibus officium macellariorum vel tabernariorum?

R Esp. Clerici exercentes publicè & personaliter officium macellariorum, id est, lanionum, vel tabernariorum (id est, in quorum domibus panis, vinum, carnes coctæ venduntur, ut Gl. in clem. 1. h. t. v. tabernariorum) si ab Episcopo nominatim expressis eorum nominibus tertio moniti, ab iis intra terminum ipsis ab Episcopo præfigendum non desistat,

aut ea post terminum elapsum reassumant, clericali privilegia ipso jure amittunt. Et quidem, si conjugati sunt, utrumque privilegium, tam canonis, quam fori, quibus aliàs juxta *c. unic. de cler. conjug. in 6.* gaudent clerici, qui cum una eaque virgine contraxerunt. Si verò sunt clerici non conjugati, amittunt solum privilegium fori quò ad res proprias, in quibus aliàs gaudent hoc privilegio, ut *Gl. in cit. clem. v. in rebus.* Si verò hi clerici non conjugati exercent talia incedentes omnino ut laici, seu in habitu laicali, eo ipso etiam quò ad personas excidunt privilegio clericali. ita statuitur *cit. clem. 1.* quæ dum dirigitur ad Diœcesanos, per illos intelliguntur non tantùm Episcopi, qui jurisdictionem ordinariam exercent; sed etiam alii Prælati inferiores, qui in loco obtinent jurisdictionem quasi episcopalem, excluso Episcopo seu privativè ad Episcopum, non verò Prælati inferiores, qui concurrunt quidem in jurisdictionis episcopalis exercitio, non tamen excluso Episcopo. *Pirh. h. t. num. 32.* cum *Abb. in cit. clem. 1.* Item dum dicitur, clericos non conjugatos excidere privilegio clericali etiam quò ad personas, intelligendum sit de utroque privilegio, tam fori, quam canonis; ita ut non tantùm conveniri possint coram Magistratu sæculari, sed etiam, ut percipientes illos non incurrant excommunicationem. *Wiestner. h. t. n. 9.* citatis *Suar. de cens. d. 22. f. 1. à num. 24.* *Castrop. tr. 29. d. 3. p. 23. §. 1. à num. 8.* Porò has pœnas incurrere quoque clericos exemptos exercentes talia in loco non exempto; eò quòd tunc ratione delicti subjiciantur Diœcesano istius loci; secùs, si exercent ea, in loco exempto à jurisdictione Diœcesani, ait *Pirh. l. c.* incurrere quoque eas ipso jure seu facto sine alia sententia declaratoria à clericis in Sacris constitutis astruit. *Wiestner. h. t. num. 60.* qui pro eo citat *Pirh. num. 32.* (ubi tamen is expressè non meminit clericorum in Sacris constitutorum) & *Castrop.* quem tamen rectè monere ait, ut Curia sæcularis in istiusmodi clericos, tanquam suæ jurisdictioni subiectos (intellige, à S. S. Canonibus) procedere valeat, opus esse sententia declaratoria incorrigibilitatis. Sentiant plures alii contrarium, nempe hos non incurrere etiam post trinam monitionem privationem privilegii fori quò ad personas, donec eò à Judice ecclesiastico per sententiam denudentur. *Arg. c. cum non ab homine. de judic. & pro hac sententia Wiestner. citat Suar. l. 4. defens. fidei. c. 17. num. 24. & Laym, l. 1. tr. 5. p. 2. c.*

5. num. 3. Qui tamen ibi loquitur tantùm de mimis & exercentibus artem ignominiosam ludionum, de quibus paulò post. De cætero clericos post trinam monitionem pergentes exercere hujusmodi, & hinc privatos privilegio fori recuperare illud ipso facto, quo desistunt illa exercere, tradit *Pirh. num. 33. in fine cum Gl. in cit. clem. v. quamdiu.* Alii censent, ad recuperandum illud opus esse dispensatione Episcopi. Quin & ut alii, dispensatione ipsius Papæ, cum in pœnis ecclesiasticis, quæ tanquam veræ pœnæ jure communi infliguntur nemo Papâ inferior dispensare possit. *Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 4. num. 2. & 3.* Veraque videtur sententia posterior, requirens ad hoc dispensationem Papæ, dum exercitia sunt ejusmodi, quæ simul infamiam irrogant.

Quæst. 23. Quam pœnam incurrant clerici ludiones, exercentes ludos inhonestos & artem jocolatoriam, mimicam seu histrionicam, & facientes se buffones?

R Esp. Exercentes hujusmodi per annum continuum publicè, ipso jure omni privilegio, etiam canonis, privati existunt. Quin & ante annum elapsum hanc privationem incurrunt, dum intra eundem ter moniti ab Episcopo (vel, ut *Pirh.* à Superiore suo) non respicientes pergunt illa exercere, pro ut statuitur *c. unico h. t. in 6. Delb. p. 1. c. 2. dn. 4. f. 3. num. 50.* *Laym. l. c. num. 3.* *Pirh. h. t. num. 30.* *Reiffent. num. 143.* Quam constitutionem aliqui intelligunt de solis clericis in minoribus constitutis, & non de initiatis Sacris, quos volunt non exinde privari privilegiis clericilibus, præsertim canonis ante Judicis ecclesiastici sententiam seu degradationem, pro qua sententia *Laym.* citat *Lupum Jo. Monach. Suar. Contrarium tamen, sive extendere se illam etiam ad omnes indistinctè clericos, adeoque etiam ad constitutos in Sacris tenent Franc. cum Gl. fin. in cit. c. unicam.* *Laym. cit. num. 3.* *Delb. l. c.* remittentes ad *Molin. de just. d. 49. & 54.* item *Pirh. l. c.* qui tamen addit, ad executionem hujus pœnæ requiri sententiam declaratoriam Judicis, pro quo citat *Suar. de cens. d. 30. f. 2. num. 7.* Videturque hæc sententia posterior probabilior; eò quòd istiusmodi jocolatores sint ipso jure infames juxta *l. 2. ff. de his, qui not. infam. junctâ Gl. v. desint.*

TITULUS II.

De

Cohabitatione Clericorum & Mulierum.

Quæst. 24. Quibus feminis cohabitare clericos jura permittant?

R Esp. Concessum est à jure clericis (quo nomine hic potissimum veniunt initiati ordinibus sacris) cohabitare, hoc est, in una domo sub eodem tecto commorari & conversari unà cum feminis non suspen-

ctis, puta, rei domesticæ curandæ gratiâ, vel ob aliud motivum honestum. Quales imprimis sunt, in quibus naturale fœdus (hoc est, propinquior sanguinis conjunctio) nihil sævi (hoc est, carnalis & incestuosi) criminis permittit suspicari, ut dicitur *c. à nobis h. t.* pro ut sunt matres, aviæ, materteræ, amitæ, forores, sororum fratrumque filix, *c. cum omnibus, dist. 81. c. inter-*